

quia fecit mihi *magna*, qui **potens** est, *
et sanctum *nomen* eius,
et misericórdia eius in progénies et progénies *
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in *bráchio suo*, *
dispérsit supérbos mente *cordis sui*;
depósuit poténtes de sede *
et exaltávit húmiles;

esuriéntes *implevit bonis*, *
et dívites dimísit *inánes*.

Suscépit Israel *púerum suum*, *
recordátus misericórdiæ,
sicut locútus est *ad patres nostros*, *
Abraham et sémini eius *in sæcula*.

Glória *Patri, et Fílio*, *
et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in principio, et *nunc et semper*, *
et in sæcula sæculórum. Amen.

AD II VESPERAS

DOMINICA I IN QUADRAGESIMA

ANNO B

ANTIPHONA BEATÆ MARIAE VIRGINIS

VI

A - ve, Regína cælórum, * a-ve, Dómina angelórum,
salve, radix, salve, porta, ex qua mundo lux est or-ta.
Gaude, Vir-go glori- ó-sa, su-per omnes spe-ci- ó-sa

vale, o valde decó-ra, et pro no-bis Christum exó-ra.

INTRODUCTIO

D E-us, in adiu-tórium meum inténde. Dómine, ad
ad-iuvándum me fes-tí-na. Glóri-a Patri, et Fí-li-o, et Spíritui
Sancto. Sicut erat in princípi-o, et nunc, et semper, et in
sæcu-la sæcu-lórum. A-men.

RESPONSORIUM BREVE

IV **A** Tténde, Dómine, et miserére, * Quia pecávi- mus tibi.
R̃. Atténde Ṽ. Exáudi, Christe, supplicántum pre- ces. R̃.
Quia pecávi- mus ti-bi. Ṽ. Glóri-a Pat-ri, et Fí-li-o, et
Spí-ritu-i San-cto. R̃. Atténde

AD MAGNIFICAT

VIII G **E** - ví-gi-la * super nos, ætérne Salvátor, ne nos apprehén-
dat cállidus tentátor, quia tu no-bis factus es sempitérnus
ad-iútor. Magní-ficat * á-ni-ma me-a Dóminum.
Et exsultávit *spí-ri-tus* me - us * in Deo salvátóre me- o,
quia respéxit humilitátem *ancillæ* suæ. *
Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatíones,

ANTIPHONA 3

IV *g*

E

C-ce ascéndimus * Ie-ro-sóly-mam, et consummabúntur

óm-ni-a quæ scripta sunt de Fí-li-o hó-minis.

CANTICUM 1 Petr 2, 21-24

Christus passus est pro vo- bis, † vobis relín-quens exém- plum, *

ut sequámini vestí-gi-a e - ius:

qui peccátum non fecit, *
 nec inventus est dolus in ore ipsíus;
 qui cum maledicerétur, non remaledicébat, †
 cum paterétur, non comminabátur, *
 commendábat autem iuste iudicánti;
 qui peccáta nostra ipse pértulit *
 in corpore suo super lígnum,
 ut peccátis mórtui iustitiae viverémus; *
 cuius livóre sanati estis.
 Glória Patri et Fílio, *
 et Spíritui Sancto.
 Sicut erat in principio et nunc, et semper, *
 et in sæcula sæculórum. Amen.

HYMNUS

II

A

U-di, be-nígne Cónditor, * nostras preces cum flé-tibus,
 sacráta in abstinenti-a fusas quadragená-ri-a. 2. Scrutá-tor

ál-me córdium, In-fírma tu scis ví-rium; ad te revérsis

éxhibe remissi-ónis grá-tiam. 3. Multum quidem pecávimus,

sed párc'e confi-téntibus, tu-í-que laude nóminis cónfer

me-délam lánquidis. 4. Sic córp'us extra cónteri do-na

per abstinentiam, ie-iúnet ut mens sóbri-a a la-be prorsus

críminum. 5. Práesta, be-á-ta Trínitas, concé-de, simplex U-

nitas, ut fructuó-sa sint tu-is hæc parci-tátis mún'era. Amen.

ANTIPHONA 1

VIII *G*²

D

Ominum * Deum tuum a-dorá- bis et illi so-li servies.

PSALMUS 109

Dixit Dóminus Dómino me- o: * Sede a *dextris* me- is. † tu-æ,
donec ponam inimícos tuos *
scabéllum *pedum* tuórum.
Virgam poténtiæ tuæ emítet Dóminus ex Sion: *
domináre in médio inimicórum tuórum.
Tecum principátus in die virtutis tuæ, †
in splendóribus sanctis, *
ex útero matutini velut rorem *genui* te.
Iurávit Dóminus et non penitébit eum: *
Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.
Dóminus a *dextris* tuis, *
conquassábit in die iææ suæ reges.
De torrénite in *via* bibet, *
propterea exaltábit caput.
Glória Patri et Fílio, *
et Spíritui Sancto.
Sicut erat in princípío et nunc, et semper, *
et in sáecula sáeculórum. Amen.

ANTIPHONA 2

VIII *G*²

E

Cce nunc * tempus acceptábile, ecce nunc di-es salutis

PSALMUS 113. A

In éxitu Israel de *Ægý*-pto, * domus Iacob de pópulo bárba-ro.
factus est Iuda sanctuárium eius, *
Israel potéstas eius.
Mare vidit et fugit, *
Iordánis convérsus est *retrór*sum;
montes saltavérunt ut ariétes, *
et colles sicut *agni ó*vium.
Quid est tibi, mare, quod fugísti? *
et tu, Iordánis, quia convérsus es *retrór*sum?
Montes, quod saltástis sicut ariétes, *
et colles, sicut *agni ó*vium?
A fácie Dómini contremísce terra, *
a fácie *Dei* Iacob;
qui convértit petram in stagna aquárum, *
et sílicem in fontes aquárum.
Glória Patri et Fílio, *
et Spíritui Sancto.
Sicut erat in princípío et nunc, et semper, *
et in sáecula sáeculórum. Amen.